

ANNO DOMINI XXXI.

A R I B O

MOGUNTINUS ARCHIEPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA.

(*FABRIC., Bibliotheca mediae et infimae Latinitatis, I, 134.*)

Arabo, ex gente comitum Summuntarianorum (*de Hohenwart*) archiepiscopus Moguntinus ab anno 1021 ad 1031, præfuit concilio Moguntino anno 1023 et Selgenstadendibus anno 1024 et 1026; atque præster epistolas ad Bernonem abbatem, laudatas Trithemio cap. 509, Scripsit Commentarium in psalmos graduin, quem memorat Sigelbertus cap. 140. Plura de hoc Aribone Georgius Christianus Joannis ad librum v Nicolai Serarii, tom. I Rerum Moguntiacarum, pag. 463 seq.

CONCILIO SALEGUNSTADIENSE.

In causa disciplinæ ecclesiasticæ celebratum anno Redemptoris nostri 1022, tempore Benedicti papæ et Henrici imperatoris, præsidente ARIBONE.

(*Canones hujus concilii et appendix De initianda synodo extant Patrologiaæ tom. CXL, col. 000.*)

ANNO DOMINI XXXII.

E B A L U S

REMENSIS ARCHIEPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA.

(*Gallia Christiana nova, tom. IX, pag. 64.*)

Ebalus, comes Rociaceus, primum laicus, nuper Beatrixi de Hannonia, filiæ Rainierii comitis et Harwidis Roberti Francorum regis sororis. Electionem ejus sic narrat Chronicon Cameracense lib. III, cap. 25: « Defuncto Arnulfo Remensem archiepiscopo, Azelinus (hic est Adalbero episcopus) Laudunensis quendam laicum Ebulonem nomine, ante suum secretarium et suæ calliditatis consicium, acclamavit; et ut rex concederet suis adulacionibus impetravit; virum sane nullius disciplinæ, nihil

A ante quæsivit, et nunc maxime insudabat quatenus per eum suas calliditates liberius exerceret. » Habet vero contra illud testimonium manifeste pugnantem Fulbertum Carnotensem, qui in epistola 38 Guidoni coepiscopo suo. ab ordinatione Ebalii Remensis nihil esse metuendum ostendit, « Si est, ut dicitur, ab infantia Christianus, sano sensu, sacris litteris eruditus, sobrius, castus, amator pacis et dilectionis, nullo crimen, nulla infamia nota turbatus, tandemque a clero et populo sue civitatis electus magni ostentum inquit Ambrosius Medicis